



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

Quomodo probet ex Deo eos non esse?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-83011](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-83011)

VERSUS 37. & seq.

Scio quia filij Abrahæ estis: sed queritis me interficere, quia sermo meus non capit in vobis, &c.

QVÆSTIO I.

Quomodo Christus apud patrem viderit, qua facit?

§. i. Chrysostr. ea vidisse, quæ facienda apud patrem, quod eiusdem cum patre substantiæ æternus esset Deus. Quæmadmodum, inquit, ego & verbum & re ostendo patrem, ita & vos: non enim eiusdem tantum sum cum patre substantia, sed & veritate.

Prorsus igitur omni modo, omnia patris vidit, cum ipse quoque ea quæ facit pater filius similiter fecerit. Econtrario impio apud patrem suum vidisse alia, quæ faceret, quæ enim mundus agit, à demone impulsus, illi faciebant. Suam igitur doctrinam comprobatur, quod à Deo procedat, eorum arguit opera mali spiritus in finitum fieri, obicitque illis, quasi domesticum cum demone consortium, & familiaritatem, solent enim filij patrum facta emulati, & facilius deteriora. Quidam legunt, Facite, Græcum mōi te amicum est. Quædam exemplaria pro eis egredere vidisti, habent: ἡρώδης, eodem tamen sensu, utrumque enim ponitur pro cognoscere. Chrysostr. legit ἡρώδης, audisti.

§. 2. Illi quasi de Abrahamo gloriantur, & id agere se simulant, quod ille docuit. Vrgent autem eum esse patrem: ideo quod Christus obiecit, eos apud patrem suum vidisse mala, quæ facerent. Et sanè plurima impia viderant, abominationes multas, & horribiles, quas omnes tamen Christus eorum patri diabolo tribuit. Eorum igitur qui in deserto, qui in terra Israel peccarunt opera fecerunt, non Abrahami: nec igitur Abrahami filii. Græca variant. alii codices habent. Ἐν τῷ αὐτῷ ἀποστόλῳ ἡμεῖς τὸ εὐαγγέλιον ἐπισημαίνομεν. alii ἐπισημαίνομεν. Verum idem est sensus. Superbe igitur resistentibus illis, nec de mediis patribus idolorum cultoribus cogitationem suscipientibus, iterum obicit. Vos facitis opera patris vestri, quem paulo post nominaturus est.

VERSUS 42. & 43.

Dixit ergo eis Iesus: Si Deus pater vester esset: diligeretis utique me: ego enim ex Deo processi, & veni: neque enim à me ipso veni, sed ille me misit. Quare loquelam meam non cognoscitis? Quia non potestis audire sermonem meum.

QVÆSTIO I.

Quomodo probet ex Deo eos non esse?

§. i. CONCLVDIT DEVM non esse eorum patrem, quod filium illi non diligant, qui ex Deo processit. Hanc alii processionem ad diuinam, alii ad humanam naturam referunt. Alii quos magis probo ad utramque. Perique tamen æternam processionem inde probant, qua vna persona ab alia emanat, de qua re. cap. i.

3. Ostendi veram esse nostram de consensu cum patribus in fide gloriationem: nunc conuincendi sunt Caluiniani, ac demonsttrandum, ad eos Christi obiurgationem pertinere. Christus probat eos filios Abrahæ non esse, eo quod opera Abrahæ non faciant. Nec de sola fide disputat, sed operibus Abrahæ. Caluinus eos censerit inter Abrahæ filios negat, qui fide gratiam ad optionis non retinent, perspicua deprauatione, cum opera Christus querat. Sed nouam tamen creaturam requirit etiam ipse Caluinus, quæ sine dilectione nulla est. Vti ergo est eorum contumacissima præsumptio, qui sola fide nitantur? qui opera necessaria negant? Non sunt filii Abrahæ, ideo nec filii Dei, nisi qui opera Abrahæ tenent. Quid igitur si quis dicat, opera Abrahæ esse facti impossibilia? Quid si omnia opera Abrahæ esse mortalia peccata? Vt nunque tamen illa fingantur, nobis tenendum est. Nullum, quamcumque fidem profiteatur, filium esse Abrahæ nisi opera etiam Abrahæ faciat; nulla enim, professio, nulla fides, nullum fœdus, impium, dum in peccatis perseverat, Deo gratum efficit: quocirca nemo eorum quos Caluinus pro iustis habet, filius est Abrahæ. Nam eorum iustitiæ imputatæ grauiæ & horrenda scelera non repugnant: Fures, adulteri, non sunt filii Abrahæ, non enim opera Abrahæ faciunt. At fures & adulteri ex Caluinianorum opinione fidem & iustitiam per illa flagitia non amittunt, sed retinent: & imputatiue iustitiam, non ergo sunt filii Abrahæ. De his queritur quod sermo eius non capiat in eis, sed quod non capiat ab eis causa est. Malitia etenim excoecati sermonem non capiebant, quod Syrus expressit, cum negat esse Ἰσραὴλ Saphkin sufficientes sermoni capiendū. Ideoque & serui ingenio esse, miserisque, qui nec ingenio suo, nec peculio in libertatem alseri possunt, nisi eos filius familias manumittat: nulla enim extra Christum est libertas. Cum igitur in operibus iniustitiæ hæreat & ceteri, palamque profiteantur se opera Abrahæ non posse facere, hoc ipso proclamant se venundatos esse ut malum faciant, nec à filio liberatos. Filius enim solus liberat, Theop. p. 467. εὐαγγέλιον μὲν ἐν οἱ ἱερῆς οἱ ἡμέτεροι δόλοῖς ὄντες, οὐκ εἰχρόν ἐξοισίαν ἀσείναι, ὃ ἡ ὑὸς ἐγὼ μόνον ἐν τῇ αἰκίᾳ, τῆ ἐξουσία Θεοῦ, καὶ τῇ ἀρχῇ καὶ ἐξουσίᾳ, καὶ ὁμοδο ἀποτίσιν ὧν, ἐλθὼν ἐλαβὼν ὑμῶν χαλεποιμαί, πᾶν τὸ ἐμὸν ἐστὶ, καὶ ὁμοδο δούλω καὶ ἐμῶν ὁμοδοδοσι τῶ πατρὶ, καὶ ἐὰν ἐγὼ ἐλθὼν ἡρώδης, ὅτε τῇ ἀληθείᾳ ἐλθὼν ἐλαβὼν ὑμῶν ἡρώδης, ὅτε τῇ ἀληθείᾳ ἐλθὼν ἐλαβὼν ὑμῶν ἡρώδης, ὅτε τῇ ἀληθείᾳ ἐλθὼν ἐλαβὼν ὑμῶν ἡρώδης, ὅτε τῇ ἀληθείᾳ ἐλθὼν ἐλαβὼν ὑμῶν ἡρώδης. Hoc est: Illi quidem sacerdotes vestri cum serui essent, non habebant potestatem dimittendi: Ego vero filius manens in domo, (dico) potestate, & principali auctoritate, & Dominus domus existens libertatem vobis ex gratia confero. omnia enim mea sunt, & vnus cum patre sum potentia, & potestate. Et si ego vos liberaro, tunc veram libertatem honorabimini, qui nunc falsam libertatem vobis arrogatis. Re ipsa, & vere libeti ex meritis.

Quin etiam rectè Irenæus docet, non liberari eos, qui Deum non cognoscunt. l. 3. cap. 21. Rufus qui nudum tantum hominem, cum dicitur ex Ioseph generatum, persequer ante in seruitute pristinae inobediencie moriuntur, nondum commissum verbum Dei patris, neque per filium percipientes libertatem, quemadmodum ipse ait, si filius pos manumiserit, vere liberi eritis.

Et Theodoretus cum Epiphantio, Tertulliano, ceterisque contra Carpocratem & posteros illius hoc dicto vruntur: Liberare enim illius est, cuius seruus est, qui Dominus est, non autem conseruus potest conseruo libertatem impartiti.

Christiani
distinguit
iudicis.

Christiani
eodem spe
ritu cum
Patris
procedit
sunt.

Christi di
uinitas.

Iudei ope
ra demo
nis sa
ciunt.

c. i. dixi. Consilendus & Augustinus l. 6. contra sermonem Arianorum c. 3. & 4.

§. 2. Quare, inquit, loquelam λαλιαν meam non cognoscitis? Respondet. Quia sermonem meum λογον non potestis audire. Quid differt λαλιαν & λογον hoc loco quaerit solet. Mihi pro eisdem accipi videntur. Exprobrat enim illis stuporem & caecitatem, qua non agnoscent verum esse sermonem Christi, nec approbant, ita ut non plures eo vtilitatis capiant, quam si barbara & ignota illis lingua vteretur. Ad hoc respondet: cautam esse quia non possunt audire sermonem. Hoc est tanto odio, invidiaque; furete, ut ne quidem ad aures admittere velint. Quos enim inflammati ita homines videre non possunt, eorum nec sermones audire sustinent. Non igitur in Deum culpam non auditi sermonis transcribit, quasi ille potestatem audiendi negasset, sed praefactio odio causam assignat. Quocirca vera est Theophylacti expositio. επεν οτι ου δυνασθε ακειν τον λογον μη ανη τε ο βυλασθε. Dixit, non potestis audire, pro non vultis. Impediebat enim odium voluntarium. Ιδωδ & κηφ & φθον & ιδιαιτητα τω Αβδωλω; mendacium & invidia propriissima Diabolo.

Cacitas Iudaeorum.

VERSUS 44.

Vos ex patre diabolo estis: & desideria patris vestri vultis facere. ille homicida erat ab initio, & in veritate non stetit: quia non est veritas in eo. cum loquitur mendacium, ex propriis loquitur, quia mendax est, & pater eius.

QUESTIO I.

Quomodo ex patre diabolo Iudaei?

§. 1. Crauissima exprobratio, cum semen Abraham illi, & Deum Patrem iactarent, Christus diabolum eorum patrem esse asseuerat, & eos desideria patris sui perficere; non consistit in cognatione substantiae, sed studiorum, οση εν τη ης συζηθειαν, οδη εν τη ης προαρεσιν συζηθει. In ea coniunctione, qua sit secundum consanguinitatem, sed qua secundum electionem. Nec de ceteris modo vitiis similitudinem interpretor. Sed praecipue de magno, quo in Christum ferebantur, odio. Nisi enim Deo velut hosti infensi essent, non tam furenter in Christum inueherentur. Daemonis autem impulsu Christum oppugnant: ut Cain qui ex maligno erat, & occidit fratrem suum.

Manicheorum error.

§. 2. Manichaei locum Geneseos 1. 26. vbi homo dicitur ad similitudinem Dei factus, contrarium huic loco dixerunt. Augustinus contra Adimantum Manicheum. c. 5. De eo quod scriptum est in Genesi, Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Hunc locum Manichaei, quod scriptum est in Genesi hominem factum esse ad imaginem & similitudinem Dei, propterea dicunt novo Testamento esse contrarium, quia Dominus in Evangelio dicit Iudaeis, vos ex patre diabolo estis, & desideria patris vestri facere vultis: ille homicida erat ab initio, & in veritate non stetit, quia veritas in eo non est.

Eodem modo Epiphanius contra Caianos. Nullum autem iuxta mentem bonum aut malum dicunt, sed iuxta naturam. Et primum quidem videamus de Cain, quomodo veteris Testamentum dicit: Maledictus tu a terra qua aperuit os suum ut susciperet sanguinem fratris tui ex manu tua. Et rursum: Maledictus tu in operibus tuis, & eris gemens ac tremens in terra.

Consona autem veteri Testamento Dominus in Evangelio de hoc dicit, quando Iudaei dicebant, nos patrem habemus Deum: Dominus vero ad ipsos dixit, vos filij estis patris vestri diaboli, quia mendax est. nam & pater ipsius mendax erat: ille homicida erat, & in veritate non mansit. Quum loquitur mendacium ex propriis loquitur, quia pater ipsius mendax erat. Vnde etiam aliae haereses vbi audierunt verbum hoc, patrem quidem Iudaeorum diabolum esse dicunt.

Et contra Archonticos. Dicunt autem hi, velut etiam supra a me indicatum est, diabolum esse filium septima potestatis, hoc est ipsius Sabaoth. Esse autem Sabaoth Deum Iudaei. Diabolum vero malum eius filium, qui cum sit in terra, aduersetur proprio patri. Et ipsius patrem neg, talem esse, neque verus esse incomprehensibilem Deum, quem patrem vocant, sed sinistra esse potestatis. Porro rursus aliam fabulam hi narrant. Diabolum, inquit, progressus ad Euum, copulatus est ipsi velut vir mulieri, & genuit ex ipsa & Cain & Abel, quapropter restitit alter alteri, propter emulationem quam mutuo exercebant, non eo quod placuit Abel Deo, velut veritas ipsa habet, sed alium errante, rationem asserunt: quoniam inquit, amabant ambo sororem suam propriam, & ea de causa insurrexit Cain aduersus Abel & occidit ipsum. Ex natura enim dicunt ipsos ex semine diaboli, velut dixi, natos esse.

Haec enim illam terribilissimam hodie nonnulli recipient, qui ex Lutheri schola prodierunt & libris scriptis defenderunt, Flaciani, & Cyriacus Spangebergicus, Christoph. Irenaeus, Matthias Schneider, Hieronym. Opitius, Tobias minister Ratisbonensis, eorum consortes Manichaei, qui peccatum originale essentiam hominis dixerunt, ideoque eius creationem bono principio tribuere non poterunt.

Verum constat ista de imitatione Satanae, de obedientia illi praestita, impietatis successione, non mutatione naturarum fieri. Ambros. l. 4. in Lucam de successione malitiae interpretatur.

Eodem modo Augustinus l. 1. c. 13, contra Petilianum. Hebraei autem valde impios vocabant filios Belial. Christus Iudam Ioan. 6. 70. Iudam vocat diabolum. Sic 1. Reg. 25. 17. & 3. 29. 21. 10. & 11. 13. Filii Belial vocantur filii Diaboli. Caesarius Arelatens. hom. 18. prolixè exponit.

Vide & Macarium hom. 46. Commune autem est naturis rerum vt sit pem suam referat soboles. ενασεν οδ ψυχη μαα ποτς ιδωις ενασεν τον εσιν. Omne enim gentium simile est gignentibus. η οδ ανανωσις αυτς εκει εστιν, εγος κηφ εψωζη. Requit enim eius ibi est, unde & ortum est.

QUESTIO II.

Quomodo diabolus homicida ab initio?

§. 1. Ab initio homicida fuit, nam tentando, atq; vincendo, tentatos occidit: omnes n. cor. pote, multietiam animam morti sunt, nempe morte secunda. Sap. 2. Deus creauit hominem inexterminabilem, & ad imaginem similitudinis suae fecit illum, inuidiam autem mors introiit in orbem terrarum.

Homicida ab initio aliter non fuit, vt ait Leo, nisi, quia primos homines veneno suae mortificauit inuidiae. Vide Theodoretum, Eucherium, Bedam Chrysostomum, Augustinum in Gen.

Bellarminus. l. 3. cap. 2. de amissione gratiae & statu peccati. S. Prosperi & Augustini & Prosperi sententiam citat, qua videntur affirmare, tentationem diaboli, in primis antegressam oculum superbiae; sed ipse eos excusat, & interpretatur, non de superbia omnem tentationem antecedente, sed quae in ipsa tentatione sit nata. Sic enim loquitur S. Prosperi. l. 2. de vita contemplatiua cap. 19. Et mihi quidem videtur quod non ederent de ligno prohibito, nisi concupiscerent, & non concupiscerent nisi tentati: nec tentarentur nisi desererent: nec desererent nisi ipsi desererent: nec desererent

ADAMI CONZEN
112
+ Evangelium
CVI
11